

mam in subsidium christianorum de sua properat regione, et quantam terram devicerit, inferius pro parte invenietis. In principio igitur rex David cepit terram Adiaquo et sunt .XII. civitates; et cepit post hec terram Berit et sunt .VIII. civitates. Cepit postea terram Sago, et de terra Sago usque Quassay, et sunt .XXX. diete. Et de Quassay usque Sarahanna .X. diete, et de Quissant usque Bochara .XXI. diete; et de Bochar ausque Helcarnoth .VIII. diete, et de Helcarnoth usque Beleto .XXI. diete. Et sunt tam in dominatione terre quam in civitatibus supradictis parve ville et castella plusquam .CC.XX. 2. Et transivit Gyon, et cepit regionem regis Mehemoth, scilicet terram Thorassanen, et sunt civitates magne Amo et Benda et Neyroth et Marue et Sochrays et Toys et Mesarabalchi et Sarastani et Carbame et Nessarua et Balo et Ochore et Balsatayn et Clery et Demohag. Et de parvis civitatibus et castris .CC.XXII. 3. Et venit ad terram Sennyar et cepit eam, et sunt civitates magne: Nelhyr et Chaldecham et Destuata et Carcam. Et cepit angulum de Chore, et civitates sunt .VIII. et magne. 4. Et cepit Mercardaram et totam dominationem ipsius, et sunt .X. civitates magne et .CC. et .V. castella. 5. Et venit ad regionem Thauramesach, cuius dominium durat per tres menses in longum, et tres in latum, et cepit totam. 6. Et venit ad regionem regis Thoyl, et hec est Echalath magnum, et sunt civitates magne: Kay, et Hesbar, et Raytam, et Tervittem, et Cassam et Nassaytar, et Spachamem et Amadam; et de civitatibus et castris .CCCC.XXI. 7. Et venit ad regiones Bardegam et sunt .XL. et .IX. civitates magne, Mechana, et Channa et Baruaria et Nardevi et Beleygam, et Choney et Cardahahin et Armina et Narad et Salamas et Mayrayca et Erno. Et venit Quoyam, et cepit eam, et dominationem Hemyr et Roboyr, et sunt .XI. magne civitates et .C.LXX. ville et castra. 8. Et rex David habet secum .CC.LV. milia, qui non sunt de lege sua, et .C.XXXII. milia militum de lege sua probatissimorum. Et deferunt ante se .XL. cruces pro vexillis, et post unamquamlibet crucem .C. milia equites. Et cepit duo regna Persarum maxima, et debellavit Jorgianos, quia fecerant treugas cum Sarracenis, et multis interfectis eos ipsi subiugavit, et iam erat prope Baldach, quando hee littere sunt facte; et durat terra quam cepit .C.LI. dictis.

Leider ist dieser letzte Brief nicht datiert. Doch können wir jetzt mit Rücksicht auf das oben Ausgeführte über die Datierung der verschiedenen Charten Vermuthungen äussern. Mit dem Briefe des Honorius, richtiger mit dem Berichte des